

quo Deum amamus, non est in cordibus nostris infusus, sed potius ex cordibus effusus in Deum: hac igitur verba de habitu charitatis intelligenda sunt; quod notandum erit, ne aliquid in hoc argumeto confundatur.

Virtus Charitas proculdubio virtutum omnium est praevalentissima, Deum enim immediate respicit, & per se ad illum nos trahit. Itaque inter virtutes, quae Theologales vocantur, primum obtinet locum, atque ab ipsis Theologis reliquarum virtutum forma, anima, & vita; omniumque meritorum nostrorum fons & principium vocatur. Dicitur omnium supernaturalium virtutum forma, quoniam earum perfectio est, eisque tribuit esse, vim, & actionem, quandoquidem sine charitate nullius virtutis sunt coram Deo. Illarum quoque vita est; ubi enim charitas absit, ceterae virtutes mortuae sunt; ideoque mortua fides est cum non operatur per charitatem, quemadmodum inquit S. Paulus; qui ubi docet nos a fide iustificari, intelligendus est de fide, quae vivificata est per charitatem. Vocatur denique etiam meritorum omnium principium, radix, vel fons; seu quod sine illa quaecumque bene fiunt, nullum in aeternitate praemium merentur; seu quod minima etiam, & quae in seipsis indifferenter videntur, summum nanciscuntur praemium, cum sunt propter charitatem. Quapropter ut omnia quaecumque facimus in hoc spiritu charitatis faciamus, suadet Apostolus; 1. Cor. 16. Omnia vestra in charitate fiant.

Charitatis Lex universa duplici hoc praeccepto charitatis continetur, ut videlicet Deum super omnia, proximum vero tantum temetipsum diligas. Verbum Incarnatum, quod & abbreviatum dicitur, in compendium rededit, atque universam doctrinam suam in duobus his praecceptis comprehendit, ad quae cetera rediguntur: in his duobus universa lex pendit, & Propheta, Mat. h. 22.

Hic est legis totus finis, quemadmodum camentorum, lapidum, lignorum, ceterarumque rerum congeries respicit adiunctum tanquam sive, ad cuius constructionem reliqua omnia referuntur. Quam ob rem licet hoc praecceptum sit unicum, virtuatiter tamen reliqua omnia complectitur, & nulum est, quod per illud non compleatur, nam quemadmodum JESU ipse ait apud S. Joannem cap. 14. Qui habet mandata mea, & servat illa, ille est qui diligit me.

Cur hoc Praecceptum maximum & primum vocetur. Praecceptum hoc, quo Deum ex toto corde &c. iubetur diligere, maximum est, atque primum omnium. Maximum quidem est 1. propter necessitatem; nisi enim hoc adimpleatur, salvi esse non possumus; quam ob rem hoc unum sufficere ait Sanctus Augustinus: *Sola caritas sufficit, si adit, cetera omnia nihil prosunt, si caritas sola desit.* 2. propter charitatis praesentiam, quam Sanctus Paulus 1. Cor. 13. appellat virtutum omnium maximam, atque amplissimam: *major autem horum est caritas.* 3. propter utilitatem; huius enim praeccepti observantia reliquorum omnium observantiam complectitur, & suavitatem, & suavitatem, quoniam rationali naturae conformis est, & nihil suavius, & iucundius esse potest, quam summum bonum diligere.

Amor Dei Praecceptum est, non tantum. Sanctus Thomas 2. 2. quae. 184. art. 3. post Sanctum Augustinum docet: Amorem Dei super cetera non esse consilium simplex, sed praecceptum, atque late patens, ac legis ejusdem verba; licet magnum hoc praecceptum in terris nequeat expleri ea cum perfectione, qua adimpletur in Coelis: Hoc est, a nobis Deus est diligendus, quantum in nobis est; atque hoc praecceptum non est sicut cetera certis finibus conclusum, ultra quos non fit nisi consilium: sed nobis Deus ex totis viribus amandus est nobiscum toto pectore incumbendum ut vires ipse in nobis augeatur; majorem in dies gratiam studentibus assequitur, ut magis, magisque in hoc amore progrediamur, quemadmodum ait S. Paulus.

Quomodo Idem S. Thomas 2. 2. quae. 24. art. 8. considerans hominis perfectionem in Dei amore consistere, & JESUM CHRISTUM in Evangelio praecipere, ut simus perfecti, quaerit, utrum in hac vita perfecta charitate Deum possimus diligere. Ad questionem hanc solvendam supponit, hanc amoris perfectionem spectari posse, vel quatenus ad obiectum amoris qui Deus est; vel quatenus ad eum, qui diligit, hominem videlicet in hac vita positum; vel demum quatenus ad veri amoris circumstantias, & conditiones pertinet. Quatenus ad Deum spectat, norma atque men-

sura hac amantibus servanda est, ut sine ulla mensura diligant, quemadmodum ait Sanctus Bernardus. Ut igitur Deus hoc pacto diligeretur, infinito amore diligendus esset, quod mera Creatura praestare minime potest, cum Deus tunc seipsum tantum amare possit, quantum meretur amari. Hoc igitur nobis est adinveniendum, ut in hac re nullos nobismetipsos limites circumscribamus, sed in dies semper majorem in nobis charitatem inflammare studeamus. Quatenus ad amantem pertinet, charitas perfecta vocari potest, vel quod spectat ad actualem atque perennem amoris fervorem, vel quod ad complementum conditionum earum quas requirit superius dictum est, & quarum rationem tertio loco spectandam esse diximus. Quod pertinet ad fervorem actualem, assiduumque, charitas in hoc mundo perfecta esse non potest, sed tantum in Coelo; namque vite huius egestates, atque occupationes non sinunt mentem, animumque semper atque indefinenter Divino huic obiecto vacare. Verum enim vero si conditiones, & vere charitatis circumstantias intrinsecas, quae pertinet, ut Deum ex toto corde, atque ex omnibus animae nostrae viribus sine ulla divisione, atque exceptione diligamus: non solum potest, verum etiam debet charitas nostra esse perfecta in hac vita; atque inter reliquos Calvinii errores hic quoque recensetur, quo videlicet charitatis praecceptum in hoc sensu, & hoc modo desumptum, hominibus in hac vita servari posse negavit.

Idem quoque natura nos docet a nobis Deum ante cetera esse diligendum, idque duplici ex causa: primo, quod ultra id amamus, quod in se bonum est, pulchrum, atque perfectum. Verum de Deo non aliam nobis ideam ratio adstruit, quam quod sit ens summe perfectum, ea omnia possidens, quae amorem nostrum sibi possunt conciliare. Secundo, naturali quodam instinctu id amamus, quod nobis beneficii: bruta ipsa quoque sentunt beneficia, ut eos ament, a quibus patiuntur. Hinc Sanctus Bernardus post Sanctos Basilium, atque Chrysostomum tenet naturali hoc praeccepto infideles quoque teneri ut Deum super omnia diligant; natura enim vox palam sonat in imo cordis nostri, & naturalis iustitia docet, ex toto corde esse diligendum, ceteri homines, omnia, atque semetipsos debere ignorare non possunt. Quod tamen de naturali tantum amore intelligendum est: supernaturalis enim nequit haberi sine habituali charitate, quam debet Deus in cordibus nostris producere, & sine actuali gratia, qua ad Deum diligendum impellimur.

Si igitur Deus amoris actuali & assiduo in vita, ac semper amari non potest; quaerit fortasse quomodo ad quid explicite praeccepti huius, ut a quo & in Veteri & in Novo Testamento nemo unquam liber exiit, teneatur. Respondent Theologi; teneri primum, ne quid audeamus, quod sit oppositum amoris, quem debemus Deo; vel quod unum & idem est, ne huic amoris quodcumque aliud bonum anteferamus; quapropter si seie nobis offerret occasio, vel subeundi bonorum, amicum, immo vix ipsius iacturam, vel praecceptum hoc infringendi; amor, quo Deum prolequi debemus, efficere debet, ne libentius quarumcumque rerum detrimentum patiamur. Ad hoc per intervalla exercere tenemur, a quo effugere actus amoris; hoc enim praecceptum non negativum tantum est, quod semper obliget, & ad semper; sed etiam affirmativum, quod aliquando in opus redigi debet, & aliquando non obligat, & obligat saepe.

Addit etiam Sanctus Thomas per hanc legem, atque praecceptum Deum nequaquam nobis praecipere amorem benevolentiae, atque sensibilem, qui non semper est in nostra potestate: ideoque ait ille, animi quies perturbanda non est, si nonnumquam majorem in nobis pro rebus creatis, quam pro Deo, experiamur amorem; satis est ubi concursus Deum ante cetera diligat, atque ut ubi concursus adit, reliqua potius abdicemus, quam Dei charitatem. Ad hoc docet per hanc cordis, animaeque totalitatem, quae in hoc praeccepto continetur, non prohiberi ordinatum rerum creaturarum amorem. Hoc plane constat, nam secunda lege, proximum tanquam nosmetipsos amare iubemur: quod iudicium legitime nos amare posse nosmetipsos post Deum tanquam primos; quandoquidem postulat, ut hic sapiens amor, quo nosmetipsos complectimur, sit tanquam exemplar illius, quo proximum amare tenemur. Idem docet demum, qua ratione a no-

Quomodo virtutes omnes ad charitatem reducuntur.

Quid charitatis ad veritatem.

Essentia charitatis non locus ac fides indivisibilis est.

Quomodo virtutes omnes ad charitatem reducuntur.

Quomodo Deum a mandatis.

a nobis diligendus sit Deus ex toto corde, atque ex tota anima; quod bifariam ait esse intelligendum, tanquam finem nostrum, & appetitativum; videlicet Deum a nobis esse diligendum veluti objectum omnium amorum nostrorum finem, & centrum omnium affectionum nostrarum; ita ut si aliud quidpiam diligimus, illud in Deo, ac propter Deum diligamus. Quod vero ad amorem appetitativum pertinet, diximus jam, Dei amorem ceteris quibuscumque rebus praferendum esse, nosque paratos esse debere, ut cetera omnia huic amori sacrificemus.

Hinc inferre possumus cum eodem Sancto Thoma 2. 2. quae. 24. art. 12. peccata omnia, quaecumque tandem illa sint, huic amori adversari tanquam unum extremorum ejus. Peccatum mortale velut insensibilium sibi hostem respicit, cum quo ne minimum quidem momentum potest permanere; veniale autem tanquam actum adibus suis contrarium, licet cum habitu suo minime repugnantem. Inter omnia tamen peccata venialia illa magis abominatur, per quae creatis quibuscumque rebus ultra quam par est animus nostrer afficitur, & in Dei charitate tepescit. Post hoc vero; si liceat assignare extremum aliquod excessus in amore Dei, contra quem, verolocoque, nonnulli per defectum peccantur; illud erit, nempe in excessum impingere, cum Deo amorem nostrum testari cupimus per ea, quae eidem non placent; vel cum plura conamur elicere, quam status noster, ratio, & gratia possunt.

Charitatis essentia non secus ac fidei indivisibilis est. Quemadmodum si ultra de uno tantum articulo ab Ecclesia ad credendum proposito, dubitaverit, nullum jam divinam fidei articulum credo; ita cum negligi, vel infringi aliquod legis praecceptum, nulla iam in me charitas est. Licet enim, ut ait D. Thomas, & major, & minor charitatis; minor tamen aequae, ac major, ad praecceptorum omnium observantiam sese debent extendere, ideoque legis plenitudo vocatur non solum propterea quod hoc praecceptum reliquis praestat, verum etiam particulariter, quod in unitate sua omnia praeccepta complectitur, nullum excludit. Ita Amor Dei in illius anima, qui vere amat, generalem quandam statuit dispositionem, ut ea omnia faciat, quae iubentur, nihil vero faciat ex iis, quae vetantur. In hoc sensu intelligenda sunt illa Sancti Jacobi cap. 2. verba: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*

Illis, quae haecenus dicta sunt, id etiam addi potest, quod a S. Augustino docetur, videlicet quemadmodum praeccepta omnia ad Dei amorem rediguntur, ita omnes etiam virtutes quodam in sensu unam tantummodo, eandemque charitatem efficere, quae multifariam variatur, a quae varia desumit nomina pro obiectorum, quibus adhaeret, varietate. Hinc sequitur etiam omnia, quaecumque a veris fidelibus sunt, unum eundemque esse Divinae charitatis actum, qui varias species, atque formas desumit: *omnia bona opera unum opus sunt charitatis: quae sunt Divi Augustini verba in Psal. 89.* Id vero nequaquam putes intelligendum, quasi praeter charitatem alia nulla sit virtus, vel ea, quae aliarum virtutum consilio facimus, neque meritoria sint, neque Deo accepta: hoc tamen est intelligendum, virtutes illas a charitate vel praecscriptas, vel ordinatas esse debere, vel saltem cum eadem esse conjunctas, ab eo videlicet exercitas, qui habeat charitatem.

Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Marc. 12. 30. Quae verba a plerisque doctoribus ita explicantur. Deum ex toto corde diligimus, cum ad illum accedimus, & cum illo coniungimur omnibus cordis nostris motibus, atque in eundem omnes affectus nostris convertimus. Ex tota mente diligimus, cum mens in ipso occupatur, cum ipse est praecipuum cogitationum nostrarum obiectum, & in eo curam omnem nancique veritates meditumur. Diligimus illum ex tota anima, cum in omni facultatum animae nostrae usu eundem respicimus, & in id unum intendimus, ut digne ipsi inferviamus. Eum denique diligimus, cum eidem sedulo obtemperantes in his rebus omnibus, quas nobis praescripsit, eundem semper ob oculos habemus, & minutissima quaeque ejusdem praeccepta servantes, illud

lum nobis tanquam unicum omnium actionum nostrarum finem statuimus. Haec tamen, quam attulimus, explicatio non obest quominus istem verbis aliz etiam aequae naturales applicationes desiderantur, quemadmodum Concionatores non pauci praestiterunt.

Sanctus Franciscus Salesius *tract. de Amore Dei* considerat Divinum hoc praecceptum amandi Deum a Concilio Tridentino dilectionis potius, quam amoris nomine indigitari; quamvis enim dilectio amor est, tamen non est simplex amor, sed amor cum electione conjunctus, uti verba significant, atque ipse etiam Divus Thomas animadvertit. Quorundem autem isthaec? ut intelligamus Deum electionis amore diligendum esse, amore videlicet, qui amoribus omnibus praevaleat debet, omnibusque affectionibus nostris imperitare; amore, qui ardentissimus, & generalis sit; qui toto cordi nostro dominetur; qui omnes animae facultates occupet; qui maxime sublimis, & constans sit; qui mentem omnem repleat, & totum animam, atque virtutem exerceat &c.

Haec omnia alii verbo explicant, dicentes: Amare Deum, quemadmodum lege iubemur, non aliud esse, quam eundem amore praetentionis diligere; videlicet illum non ex aliqua utilitatis nostrae ratione, vel aliquo sympathiae ducta diligere: sed primam illi sedem tribuere, ipsi sexcentis de causis debitam, quin aliquid unquam cum eo comparetur: semper paratos esse, ut ejusdem amicitiam tueamur, eique in omnibus rebus placeamus quantumcumque etiam rerum impendat; ita ut Dei magnitudine, atque perfectionibus rite exploratis cum Archangelo Michaelae dicamus: *Qui ut Deus? Quid unquam esse potest, quod cum Deo valeat comparari?*

Licet amor, quo SS. Viri erga Deum in hac vita flagrant, sit toto Coelo minor, minutus perfectus, quam Beatorum in Coelo charitas; hoc tamen eidem privilegium inesse videtur, quod majus aliquid est amare Deum sub fidei integritate absconditum, eumque etiam nos assidue atque percutientem diligere. Hoc saltem constat, Beatorum amorem & necessitatis, & gratitudinis amorem esse, qui non crescit amplius, nec efficit, ut illorum sanctitas augeatur: cum interim Sanctorum amor in terris amor sit electionis, & meriti, amor, qui in dies semper & recipere, & virtuti recentia dare potest incrementa.

Verum est nos, quamdiu vivimus, certos esse non posse, utrum habeamus charitatem, quemadmodum Sapiens ait: *Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit;* quod non solum intelligi potest de amore, quo nos prosequitur Deus, verum etiam de charitate, qua illum diligimus; si enim alterum liquido innotesceret, sequeretur, ut alterum etiam teneremus. Non desunt tamen nota quaedam, quae morale nobis amoris huius certitudinem possunt adstruere: quarum haec praecipua sunt. Prima; reputare utrum Dei praeccepta diligamus: hoc enim indicium ipse Dei Filius suppeditat: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Joan. 14. Altera; utrum parati simus non solum ad mortem potius subeundam, quam andendum aliquid quod Deo possit displicere; verum etiam ad ea omnia cum alacritate, & hilaritate praestanda, quae eidem accepta esse cognoscimus; & non aegre ferendas cruce, tribulationes, & persecutiones, quibus ille nos probare desiderat. Tertia denique; utrum saepe recogitemus Deum, utrum illi cor nostrum offeramus, eaque occasiones inquiramus, quibus amorem nostrum eidem testari possimus cum S. Petro dicentes: *Domine tu scis, quia amo te.*

Sanctus Augustinus hanc proponit quaestionem: *Causa nostra utrum Deum nos amet, quod illum diligimus; an potius utrum eum diligamus, quod nos amat.* Nos istum diligimus, inquit Sanctus Joannes Apostolus, eo quod ipse prior nos dilexit: unde Doctor ille concludit, donum Dei esse amare Deum, & ipsum nobis largiri, ut eum diligamus; quoniam qui ab eo dilectus non est, illum non diligit. Abiit tamen quod haec argumentandi ratio nostrae faveat infirmitati; neque putes, si frigidus es, si Divino Amore non flagras, hinc esse quod a Deo non amaris: etenim nonne Deus satis suum erga te amorem testatus est Filium suum tradens pro te? Ad hoc quot gratis, & peculiaribus beneficiis amorem erga te suum testatus non est?

Quod spectat ad alterius vitae felicitatem non una est

Quo amore Deum sit diligendus.

Sanctorum amor in terris quibuscumque iacobus superat Beatorum amorem in caelo.

BIBLIOTECA CENTRAL J. A. N. L.

est Theologorum sententia. Illam positam esse putant nonnulli in manifesto Dei ipsius intuitu; credunt alii in Beatorum amore consistere; alii denique in utroque simul arbitrantur esse collocandam. Hoc tamen nemo ambigere potest, quin summa in terris mortalium felicitas hæc sit, Deum unice amare: primo quia hæc unica & necessaria est ratio acquirenda felicitatis alterius vitæ, quæ eo major atque perfectior erit, quo noster hic in terris amor major extiterit: secundo quod postremus finis, qui summum bonum nostrum debet constituere, superare minime debet eorum vires, qui ad ipsum bonum anhelant; alioquin inutilis esset, atque inanitas ea propositio, quam nobis inserit natura, ut ad summum bonum, atque postremum finem nostrum tenderemus. At nemo est, qui Divina opitulante gratia, quæ nemini unquam deest, amare minime possit Deum eo modo, quo ab hominibus amari desiderat, cum paucissimi sint, qui illum cognoscere possint, immo etiam cum nemo eundem perfecte in hac vita cognoscit.

Quomodo amari velit Deus.

Quod pertinet ad modum, quo Deus a nobis amari iussit: ex rationali creatura ea omnia petit, quæ in eadem pretiosa magis inveniuntur. Omnes cogitationes poposcit, præcipiens ut ex tota mente diligeret; affectus omnes efflagitavit, imperans ut ex toto corde amaret; actiones omnes atque motus exegit, præscribens ut tota anima, quæ actionum motuumque omnium principium est, illum prosequeretur. Ita per hoc præceptum homini nullam seipso vacuam partem relinquere voluit; totum illum replevit, ut nulla alia re replendum relinquere. Nullam partem vacuam in se relinquit, nisi nulla re alia vacui fuerit: quidam ait.

Si verum est, amorem ad perfectionem contendere, ante cetera amandus est, qui perfectus efficit se diligentes. Hoc sane præstare nequeunt res creatæ quantumvis perfectæ sint: sed amantes Deum, qui summa est perfectio, eidem similes evadimus, & in ipsum quodammodo immutatur, iuxta dilecti discipuli verba: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* 1. Joan. 4. Hæc est Sancti Augustini doctrina: Memento, inquit ille tract. 2. in epist. 1. Joan. te unum ac idem fieri cum objecto quod amas; si terram amas, terrenus es; si cælum, cælestis; si Deum, in Deum quodammodo immutaris, quod semper tamen moraliter intelligendum est: *Talis quisque est qualis est eius dilectio: terram diligit, terra erit; cælum diligit, cælum erit; Deum diligit, Deus erit.*

Amor Dei ita religioni Christianæ essentiale, ut illa in hoc possimum differat a Synagoga, quæ timoris legem accepit servos efficiendam, cum ipsa acceperit legem amoris filios efficiendam. Hac de causa prima illa lapideis tabulis ad Judæi populi duritiam indignantem; altera vero et contra ipsos hominum cordibus insculpta fuit, quemadmodum Deus per Prophetas sponderat. Effudit ille in corda nostra amorem suum per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, quemadmodum inquit Sanctus Paulus; ideoque Salvator testatus est, se in terras ob id unum venisse, ut amoris ignem afferret: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Luc. 12.

At enim unus ergo Deus amandus est, neque creatura alia amari potest, quin huic amori supremo, quem Creatori debemus, inferatur injuria? possimus, immo proculdubio debemus creatas etiam aliquas res amare; sed non propter Deum, non propter ipsas amandæ sunt. Ita non dividitur cum illis amor, qui Deo uni debetur: in ipsis enim diligitur Deus. Namque cum Deum ex toto corde diligere teneremur, quemadmodum Sanctus Augustinus in *Plalm. 123.* animadvertit; opus est, ut quicquid extra Deum diligitur, ad Deum referatur: *Ut quicquid aliud diligendum venerit, illuc rapiatur quo est dilectionis impetus fuit.* Hoc modo explicante præceptum amoris Dei, præceptum quoque dilectionis proximi, & rationem, qua diligendus est, expli. amus.

Unus tantummodo Deus a nobis est eo amoris genere diligendus, in quo voluntas nostra quiescit, & quod a Sancto Augustino *Dilectio mansuetior appellatur*; amor videlicet, in quo immoramur, quin procedamus, & qui eundem ad alium finem, & aliud amoris objectum referamus eo præstantius, cuius amore teneremur. Deus unus, iterum dico, hoc amore diligendus est; ipse enim unus finis potremus est, dummodoque illud bonum, ad quod omnes actiones generantur, omnesque nostri cordis

Dei amor est, qui est Religiō Christiana.

Amandi modus, qui debetur.

motus, haud temerando æternæ legis præcepto, referre teneremur. Sed creaturas alio quodam inferiori amoris genere diligere possumus, in quo voluntas nostra non quiescit, & quod ab eodem Sancto Augustino *Dilectio transitoria* vocatur; hæc enim dilectionem reterimus ad superiorem affectum, qui regnat in cordibus nostris, & quo omnes animæ nostræ motus reguntur. Hac de causa magnus ille Doctor Ecclesiæ, cum dixisset alibi, nos horum tantum alterum diligere posse, vel Deum, vel res creatas, primumque amorem Charitatem dixerit, quæ bonorum omnium est principium, alterum vero cupiditatem, quæ radix est omnium malorum: ut præcepti hujus veritatem aperti oculos poneret, hæc addit in lib. de Disciplina Christi. c. 2. *Non quod non sit amanda creatura; sed si ad Creatorem referatur ille amor, non jam cupiditas, sed charitas erit.*

Cum Scriptura docet, Deum omnibus viribus esse diligendum, intelligit, amorem quo Deum prosequimur non continendum esse intra cordis angustias, sed producendum extrinsecus per actiones & agendum, quatenus vires nostræ sinunt, ut ostendatur amor, quo Deum diligimus, non esse theoreticum tantum, atque sublimibus ideis inanibusque cogitationibus solum intentum, sed practicum, & qui non tepide, nec ignave, sed cum omnibus animæ, corporisque viribus operatur. Hoc ex nobis requirit S. Joannes ubi ait: *Filii mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* 1. Joan. cap. 3. Non bona tantum desideria requiruntur: opera etiam spectantur, ac frustra nos ex toto corde, omnibusque viribus Deum amare censibimur, nisi amor se se per actiones prodiderit, & verbis viâ ipsa fuerit ad veritatem.

Ex quo amare possumus, possumus non summum bonum, bonorumque omnium originem, solum ac verum bonum agnoscere, quin eisdem amore flagremus? quid in universo terrarum orbe animum nostrum potest allicere, quod Deus minime possideat? magnitudo, pulchritudo, potentia, bonitas in creatis quibuscunque rebus nihil aliud estis, quam umbra imperfectissimæ: Deus unus magnus est, sapiens, potens, ac bonus. In creatis rebus qualitates amabiles in variis subjectis divisæ sunt, & ibi tot peritæ defectibus inveniuntur, ut placere minime possint, nisi eminus conspiciantur. In uno Deo perfectiones omnes invenimus sine ulla immixtione, quæ displicet, atque magis illas videmus cominus, eo admiramur magis; nihilque reperitur, quod eorumdem amorem non creat. Majestas quidem inter homines observantiam meretur, non conciliat amorem; Deum et contra infinita ejusdem magnitudo efficit amabiliorem. Mens quidem in infinito harum perfectionum oceano confunditur; cor vero ibi veram felicitatem nanciscitur.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Affectibus, & Neotericis Concionatoribus in hoc argumento delecti.

Cum inter omnia Divina præcepta primum, atque magis necessarium illud sit, quo Deum amare jubemur; nullum est, ad quod servandum, liquidiori, & apertiori ratione teneremur. Videtur hoc ignorari non posse, nisi ab illis, qui ita essent cæci, atque calamitosi, ut supremam adesse rerum Dominum non intelligerent; & jure asserere possumus, si cæci, & ea omnia que in universo rerum orbe continentur, indefinitum Dei gloriam enarrant; simul etiam nobis præscribere, Deum hunc esse diligendum. Quomodo enim fieri posset, ut creaturarum quarumcumque rerum auctorem intelligeremus; hæc omnia miracula bonitatis, & potentia ejusdem effectus esse, atque ex infinito hoc omnium divitiarum fonte in res omnes emanasse quicquid pulchrum, atque bonum in ipsis elucet cognosceremus; quin putarem nos ad eundem diligendum teneri? *Abbas de Trappe in libro de Vita Monastica Sanctitate, atque Officiis, capite 7.*

De amore Dei idem est sentiendum, ac de cultu ejusdem, dummodo eundem amare, & colere inter se distinguantur. Suprema ejusdem majestas objectum est nostræ adorationis; infinita vero ejusdem bonitas objectum est amoris, quo ab hominibus diligendus est; quemadmodum vero Dei colendi præceptum non aliud est, quam confirmatio illius

Amor, quo Deum prosequimur, sedis obediendū est.

Gratiæ amoris gratia prosequi debent.

Obligatio diligendi Deum loquitur.

Quomodo cogitandi queat, ut in præstantissimis amor habeatur.

Æque illum amare, ac adorare tenentur.

bus obligationis, quam omnes homines contrahunt, ubi incipiunt esse, ita ejusdem amandi præceptum eam tantummodo confirmat legem immutabilem, cum qua nascimur; & quamvis Deus illa non protulisset verba, *Diliges Dominum Deum tuum*, non ideo minus illum teneremur diligere. Verum quin generalibus hujusmodi considerationibus immoremur, tenetipsum inspicere, & hanc veritatem in tui cordis intimo sensu reperies multo melius, quam in hominum animadversionibus & argumentis. *Moyles dicebat populo Dei, quoniam explorata atque comperita ipsi erat cordis ejusdem duritia: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, majoris tuus, & dicent tibi.* Deuteronom. cap. 32. Ego vero te ad temetipsum remitto: interroga conscientiam tuam, diligenter ea omnia perpende, quæ tam in ordine gratiæ, quam in ordine naturæ tibi præstitit Deus. . . . tunc videra tua commovebuntur, neque aliud officium, aliudve præceptum cognoscas, quam quo Deum amare iubetis. *Idem.*

Postquam dixit Deus, se eo usque homines dilexisset, ut nobis Filium Unigenitum traderet, ut quicumque in ipsum crederet, non periret, sed vitam æternam haberet; nullus dubitandi superest locus, quæ dilectione illum prosequi teneremur. Non enim ignorare possumus, gratiam infinitam, infinitam animi gratitudinem mereri, atque exigere. Gratiudo iustitia simul & charitatis est affectio; hic est sensus cordis, quod beneficii naturam, atque qualitatem & rationem, propter quam confertur, metitur: quibus in rebus, cum nihil non infinitum reperitur, ad æqualitatem servandam, gratitudo infinita esse profecto deberet. Hoc tamen fieri nullo modo potest; cum enim homo sua natura finitus sit, finitus est quoque in omnibus sensibus, ac dispositionibus suis; saltem vero distincti non potest, se benefactori, ac Deo suo omnem, cuius compos est, debere gratitudinem, ac se ad eundem ex toto corde, omnibus viribus, omnibusque facultatibus suis diligendum teneri. *Idem.*

Creandum est etiam, idque non temere, Dei amorem non externa quadam doctrina comparari, sed ex ipso naturæ nostræ momento naturam ipsam rationabilem nobis facultatem infudisse, quæ effectus, ut in nobismetipsis hanc erga Deum amoris propensionem inveniremus. . . . Nullis indigentibus documentis, inquit S. Basilus, ut ardentius diligamus ea, in quæ naturali quodam impulsiu, ac domesticis considerationibus ferimur; naturæque ipsius studium nos amare cogit illos, qui de nobis meriti sunt bene. Quid magis admirandum est, quam Dei pulchritudo? postquam ejusmodi ideam mente concipere, quam magnificentia ipsius ideam? quid violentius fingi potest ea cupiditate, quam ciet Deus in animabus Divina charitate vulneratis? *Idem.*

S. Augustinus virtutes omnes ad unam redigit charitatem, quam varia mutari nomina docet, prout varie movetur, & circa varia objecta versatur: hanc modo vocari Temperantiam, cum versatur, ne amor, quo Deus est diligendus, voluptatibus corrumpatur; modo Fortitudinem, cum prohibet, ne adversitas ulla nos a Dei charitate divellat; modo Justitiam, cum non patitur alteri cupiamus tunc adolere, atque diligi; modo Prudentiam, cum singula discernere studet, ne quo dolo, aut simulatione fallatur. *Idem.*

Videamus, inquit S. Augustinus in *Psal. 89.* videamus parumper utrum parati sitis ad Deum ex toto corde diligendum, uti opus est, videlicet ad diligendum Deum super cetera amore prælationis. Cor tuum, inquit ille, interrogo, non os tuum: Respondent cor vestrum, frater; dic mihi si tibi Deus omnium bonorum possessorem, honores, omnes voluptates, perfectamque valetudinem in terris concederet, atque diceret, Hæc tibi trado omnia, tu hæc in æternum possidebis nunquam moriturus: verum simul edico, te nunquam in gloriam meam ingressurum, neque vestrum factem meam; responde queso; gauderet ne cor tuum? in æterna creatorum bonorum possessione mens tua quiesceret? *An gauderet? si gauderet, nondum cepisset esse amator Dei,* inquit Augustinus: cor tuum nondum eam natum est dispositionem, quæ ad legem Dei servandam requiritur; aliquid enim est, offendit, id Deo censet præferendum. Gaudium illud terreneorum rerum amorem amoris Divini non præstare, & nihil ultra requiritur, ut charitatis ordo violetur. *P. Textier 12. post Pentecost. Domin. Facile patietur mundus humani cordis divisionem.* Hundry Bibl. Tom. 1.

nam cum Deo, neque traderet hominem, invenire viam, qua & Dei, & mundi auctorem conciliare posset: verum enim vero primo præcepto suorum prohibet Deus hujusmodi divisionem. Diliges, ait ille, Deum tuum ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus tuis, tuam voluntatem voluntati ejusdem omnino subiciens, iudicium tuum in obsequium mandatorum ejus componens, omnesque facultates tuas in fideli mandatorum ejus observatione exercens. Nemo potest duobus dominis servire eodem tempore, ait JESUS CHRISTUS: si enim alterum diligis, alterum oderis opus est. Ad hæc æquum ne putas Creatorem hominis humani cordis particulam possidere tantum, ut pars altera ejusdem inimico relinquatur? quæ nos causa ad hanc divisionem ineundam potest est impellere? quæ nobis utilitas cederet, si illi, quorum cor divitum est, statim intereunt? *Drovisum est cor eorum, nunc interibant.* Depromptum ex *P. Dozanne in morali Jesu Christi.*

Adde his, anima mea! licet Deus tuus non esset æque amabilis uti est, nonne hac una de causa diligendus esset, quod dilexit te tunc etiam, cum a te non diligebatur? Æternus Pater amavit te ex tota mente sua tradens tibi Filium suum, Sapientiam videlicet suam, ac terminum cognitionis suæ; ex toto corde suo, tradens tibi Spiritum Sanctum, personalem amorem, omniumque donorum suorum principium; ex totis viribus, seipsum, inseparabiliter tibi tradens, postquam omnem suam sanctitatem exhauserat. Facere ne posses, quominus mortalium omnium novissimum diligeres, si te infinite minori charitate diligeres? *Idem.*

Amorem, quo erga Deum flagrare debemus, illi similem esse oportet, quo Deus nos diligit, & quamvis ipse nos non diligeret, nos tamen illum diligere teneremur, quin aliquid ultra hanc dilectionem spectaremus. Vera charitas seipsa contenta est, & puri amoris fructus est solus amor; ergo amo, quia amo, dicebat S. Bernardus, & non alia de causa amo, nisi ut amem. Adeo integer amoris sensus fructu, & mercede non caret; verum est tamen amorem minus purum, dummodo sanctus sit, semper esse necessarium, atque perutilem. *Idem.*

Hic Divinus ignis similis est igni elementari, nunquam dicenti satis; quo magis Deum suum amat anima ejusdem amore capta eo magis eundem amare cupit; quoniam illum cognoscit amabiliorem. Effectus nunquam votis ejusdem respondent; ac se nihil præstitisse putat, cum ea omnia præstiterit, quæ viribus suis licuerant, atque in hoc se a Deo recepisse putat, quam se eidem consulisse, proficitur. Quia humani cordis amor objectum infinite amabile æquare non potest, magis magisque inflammatur in dies; & cor istud tanta flamma succensum cuperet creaturas omnes eodem igne flagrare. In ea tamen ardenti cupiditate, qua anima vota adeo flagrantia nuncupat, semper tamen contenta est, atque satis putat, si ea in se perficiantur tantum, quæ Deo placuerit sibi permittere. *Idem.*

Quam felix est anima, cum adeo præclara jecit charitatis fundamenta! Ex iis etiam, quæ obstrura videbantur, plurimum capit utilitatis: *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Nonne charitas una omnia simul vitia impugnat, atque profligat, cum reliquæ virtutes singillatim vniu tantummodo sibi oppositum everant? nonne actiones ipsas, quæ nullo in discrimine sunt, sanctas efficit, eisdem suum spiritum impertiens? nonne virtutes ipsas ultra ipsarum gradum excolit meritum eandem amplificans? Perfecta vero charitas nonne est perfectionis gradus maxime sublimis? verum hæc perfecta charitas æque rara est, ac amor proprius communis est; illisque Eisdem verbis quæ lib. 4. leguntur, *dabit terram multam unde fuit stitile, parvum autem pulverem, unde aurum fiat;* non temere hic sensus possit appingi: multum quidem amoris proprii invenitur, charitatis autem parum. *Idem.*

Amori tuo, Domine, non satis fuit homini tot tantaque beneficia contulisse, sed ut tibi meritisatisfaceres, opus fuit hominem Deum gravissimos dolores, & maxima supplicia subire. Æterne Patris pro me tradens Filium tuum, mihi tradidisti illum, quem æque, ac temetipsum diligebas, ac visus es dilexisse me plusquam illum, eundem pro mei amore sacrificans. Oh amor, qui adeo suaviss, & bonus es erga miserimum peccatorem, N a quoc

De cordi divisione inter Deum ac Mundum.

Amor ergo Deum intergrissimus esse debet.

Considerationes ad Dominum excitantur.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

quomodo potuisti esse adeo severus erga Sanctum Sanctorum? Oh anima mea, si illos etiam, qui te oderunt, amare juberis, quo amore eam prosequi debes, qui tantopere te dilexit? Verum si nequis sanguinem reddere pro sanguine, quis prohibet quominus pro amore reddas amorem? Domine, si mihi integrum non est tanto te amore complecti, quanto diligere mereris, cur saltem nequeo te tantum diligere, quantum omnes te Coelestes Spiritus diligunt? *Idem.*

JESUS CHRISTUS ea omnia possidere vult, quae suo sanguine acquisivit: cor, amoremque nostrum tanto redemit pretio, ut ipse unus eodem perfueretur; hanc sibi reservat gloriam cum nemine dividendam: tu vero Christiane vis, hujus gloriae participem fieri daemone, cui per summum nefas te ipsum tradis? Vx, inquit Spiritus Sanctus, vx duplci corde; verum quid inde accidit? hoc profecto, quod Deum contempseris, & injuria laeseris, qui tibi per hanc indignissimam divisionem inseritur, recedit ab anima, eamque totam in daemone possessione relinquit. *Ex S. Augustino tract. 7. in S. Joann.*

Quemadmodum Deus nos ab aeterno dilexit, vult a nobis amari fatim ac per aetatem licet. Ad illud tot de causis spectamus, ut mirum esse deberet, nisi omnes cordis nostri affectiones inquireret. Ipse primus nos diligere incipit, & eo amore diligere, quo seipsum amat; amore videlicet aeterno, atque infinito liberali, & magnifico. Si eundem providentiae adeo cordi sumus, si ipsius misericordia nos post lapsum attollit; hac omnia uni eundem in nos charitatis accepta referenda sunt. *Ex Dictionario Morali.*

Quidam amor naturalis est, quo filii parentes suos, hi vero suos filios diligunt. Alius est sympathiae, quo eos amamus, quibus eadem inunt studia; alius reciprocus, quo mutuo illos diligimus, a quibus diligimur; alius considerationis, & approbationis, quo eos amamus, quos amabile esse censimus; nec deest tandem amor complacentiae, quo eos prosequimur, qui nobis placere consueverunt. Multiplici hoc amore Deum diligere possumus, & charitas, quam Spiritus Sanctus effundit in cordibus nostris, quamcumque amoris speciem attollit, ubi Christianae religionis praecipua sequamur. *Idem.*

Praceptum, quo Deum amare jubemur, Magnum anatomice appellatur. Primo, Magnum est, quoad extensionem, omnes enim homines generaliter obligat; ager jejuniis, prolixarum precum legis solvitur, Deum vero semper amare tenetur. Egenus eleemosynam erogare non cogitur, ad Divinae charitatis lege non solvitur. Hanc ea ratio est ex Divi Augustini sententia, propter quam hoc praecipuum a Davide Psalm. 118. latum nimis vocatur: *latum mandatum tuum nimis*. Secundo, Praecipuum hoc Magnum est quoad dignitatem; quam ob rem passim comparatur auro, atque igni, quorum alterum inter metalla, alterum vero inter elementa maxime praestant. Tertio, Magnum denique dicitur propter diuturnitatem; omnia enim complectitur tempora, atque in omnem aeternitatem vigeat. In Coelo nulla amplius erit dies, quandoquidem facie ad faciem videbimus Deum; nulla spes, illum enim possidebimus; misericordia nulla seu spiritualis, seu corporalis, nemo quippe misericordia ultra indigebit; Prophetiae, Christianae virtutes cessabunt omnes, inquit Apostolus; charitas una minime cessabit. *Idem.*

Quam praestat reliquis omnibus virtutibus charitas, quandoquidem pro eadem unum & idem evadimus cum Deo! nunquid humana natura aliquid praestantius cupere potest? tu nobis, Domine, divina similitudinem tuam in ipsa creatione dedisti; afferere tamen possumus eiusdem lineamenta nobiliori modo in nostra corruptione duxisse per eam charitatem, quam effudisti in cordibus nostris. Primam quidem imaginem manibus tuis effinxisti: alteram vero per Spiritum tuum delineasti. Tunc primum homines tantum fecisti, sed per charitatem tuam iterum fecisti nos filios tuos, amicos, haereds; per hanc charitatem tuam in hac etiam vita possidere te incipimus eodem fere pacto, quo Sancti tui in Coelo te possident; tu vero nos incipis possidere, prout in dies tua charitate nos repleas. Beatos igitur Spiritus, qui tibi tui vacans, imitemur, oportet; te cogitemus unum, in uno te gaudium nostrum collocemus, ab

omnibus creatis rebus divellamur, quemadmodum illi se juncti sunt a terrenis quibuscumque rebus, ut iugiter atque unito tibi vacent. Ita nobis vivendum est, ut nostrum erga te amorem referemus, & summa, assidueque diligentia admittamur eum tibi amorem probare, quo te prosequimur, eamque cupiditatem, qua tibi placere conamur. *Retens Auctor.*

Amor sexcentis modis gignitur. Mens objecto, quod diligit, semper intenta numquam fatigatur, semper de eodem verba facere vellet, neque oblectatur nisi in iis, quo eidem placent. Qua cura & sollicitudine ea peragit omnia, quae illi voluptatem censet allatura; quo fervore ejusdem negotia transigit; ejusdemque studet utilitati; at ex hujusmodi indicibus intelligimus ne, Deum a nobis amari? namque quin infiniti fere infidelium numeri, a quibus non cognoscitur Deus, ratio habeatur, quoties quisque est inter fideles ipsos, qui eundem vere diligit? nunquid flagitiosi omnes illi, quibus nulla serme religio est, qui estrenua furunt in omne felix audacia, diligunt Deum? nunquid mundi voluptatibus addicti, turpia affectuum suorum mancipia, vel suimet ipsorum idolorum amantes Deum? amatur ne ab illis, qui eundem quotidie fluxa, fragilique maciant voluptati, atque turpissimo quatuor postulant; qui legem ipsius atque praecipua contemnunt, qui ipsius amorem nauci ducunt? Ex his autem Israelitis veris, qui genu Idolis non flectunt, quot sunt, qui vere diligant Deum? ... Me miserum! Deus adeo bonus, liberalis, atque amabilis non amatur! ipse cor nostrum petit, quod eripere vel invitus possit; sed non vult ab invitis amari; nos vero, qui ultra cor ipsum primo tradimus occupanti, illud ipsum Deo uno renuimus? *P. Croiset Vol. 2.*

Recessus pro uno cuiusque mensis die. Oh homines ingratos! nunquid non satis adhuc praestitit Deus, ut cor vestrum mereretur; dicebat Moyses populo Israel: recentia adhuc beneficia, recentia miracula queritis? oblivi ne estis pendulos fluctus, ut ex inimicorum vestrorum manibus vos eriperet; manna de Coelo delapsum ut vos aleret; alique id genus sexcenta, quae Deus pro vobis operatus est? *popule Judee*, tot beneficia referri, tot miraculorum testes, aliud quodcumque praeferri ipsum diligitis! quod Deus homines diligit, profecto summa, & mita beneficentia est; verumtamen illos tantum homines diligit, quos creavit: quod vero homines non diligant Deum, quae praeterea possunt causam, ingratitude non terribilam, atque indignissimam excusatori? ubi ferri hoc ipsum facinus animo revolvatur, mens quidem indignatur, atque in ipsum cor suum exardescit. Opus fuit ut explicite homini praecipuum amanti Deum irrogaretur? pro h indignam humani generis dedecus illi, qui ratione polletet, nonne satis erit permittere, ut Deum hunc amare liceret? Cur vero praecipuum accesserit, nisi ideo magis diligatur Deus? *Idem.*

Quandonam sperare potero a me Deum ex toto corde, & omnibus viribus amatum iri? Conscientia mea nunquid jucundissimum hoc mihi testimonium perhibere potest, quod una dumtaxat die ipsum dilexerit? quoties me amor proprius fessit, tibi Dei charitate maxime flagrare arbitrabar? quoties in ardentissimis votis amor proprius delinquit? quot humani respectus, cum magis puro zelo me succensum exillimabam? in ipso etiam pietatis exercitationibus, quae humana affectionis permixtio fuit? profecto si homo intelligere nequit, utrum odio, an amore dignus sit, nihilo minus certum est, utrum Deus ab homine diligatur eo modo, quo est diligendus. *Idem.*

In nequissimorum peccatorum cordibus excitantur nonnunquam adeo teneri pietatis sensus erga Deum, ut omnis impietatis conatus illos nequeat extinguere. Affectus hujusmodi a Tertulliano vocantur *Eruptiones animae*, quae tuam ineligentiam calumnitatem, ad Deum ferri vellet, & cum eodem conjungi. Anima haec sub ipso etiam passionum pondere, quo obruitur, nonnumquam auditur emittere gemitus, atque suspiria ad Deum suum, & aliquando concupiscere ut cum eo coniungatur. Impi etiam, ubi aethibus suis se se mancipiant, atque voluptatibus sese dederunt, in quorundam suspiria erumpentes audiuntur opem Dei sui imploraturi; in ipsis etiam corporis agritudinibus, divina opem ferente gratia, Omnipotentis Medici manus exposcunt. Quid illud tamen? nunquid

Quam ab hominibus amandus sit Deus.

Explicite verborum praecipuum amandi Deum connotat.

ita praecipuum dilectionis Dei putas adimpleri? haud ita sane: hi quidem sensus amoris sunt, non actus: opus est, ut ultra sensum actus progrediantur. Hanc non converso, inquit Sanctus Bernardus, sed inquietudo est animae, quam affectus sui torquent, agitantque, quorum tyrannidem vellet illa quidem effugere. Hi sunt conatus, & emissiones animae sursum votorum suorum flammam propellantis, ac Deum amare cupientis: *Eruptiones animae*: hoc in animabus nostris invenitur ab ipsa natura & gratia in illis insculptum. *Desumptum ex ferm. quem putant P. Massillon de Amore Dei.*

Cum Deum ex tota mente jubemur diligere, nunquid reliquis omnibus cogitationibus fuisse interdicitum, existimandum est? non ita: nos prohibemur aliis etiam rebus cogitationes nostras impendere; sed hujus praecipui verba significant, cogitationes nostras amore Divino regi oportere, omneque ad ipsum referri, quod sedulo est animadvertendum. Ita cum praecipit Deus, ut ipsum ex toto corde diligamus, ideoque in ipsum omnem affectionem convertamus; nunquid ideo quembet amicitiae sensum veteri, omneque jubet erga fratres nostros benevolentiam extingui? neque istud profecto: non vult hos amicitiae, & benevolentiae erga fratres nostros auferre sensus; cum immo jubet ipsos a nobis amari; sed hoc tantum inquit, hujusmodi amicitias ab omni sceleris affectione vacuas esse debere, ut cum omnino dilectionis centro, qui Deus est, possint conjungi. Cum imperat, ut ipsum ex tota anima diligamus, nunquid imperat, ut non nisi propter ipsum agere & verus eundem moveri possimus? haudquaquam non est hac voluntas Dei, ut nihil in terris agamus; cum immo quaedam sint, quae praestare jubemur: sed hoc exigit a nobis, ut ea quaecumque agimus ita regantur, atque insistantur, ut amore Dei animari possint & ad ipsum referri. *Idem.*

Ideo repugnat, quamlibet amoris speciem cum Dei amore inveniri, quod cum humanum corali-quod objectum diligit, alterum eodem amore complecti non potest; cor enim finitum est, plura simul capere objecta nequit, & quod alteri traditur, alteri alteri. Quomodo ergo Deum tuum potes diligere, qui totum, quantum est, cor tuum deponit; simulque desperare divitias, voluptates, vanitatem hanc, cui tantum vile mancipium obsequeris? putas ne Deum, qui se zelotem esse professur, admittere posse amorem ex diviso corde profectum? ubi ergo imperat, ut ex toto corde, & ex omni benevolentia illum diligamus, hoc imperat, ut ipsum sine ulla divisione cordis amemus. *Idem.*

Cum preces, atque orationes effundimus, alique nobis de Deo cogitationes subeunt: sed extra mundo devota sunt. Cum aliqua devotionis opera aggredimur, aliquid pro Dei cultu praestamus; postmodum vero omnia voluptatibus atque solatiis adducuntur. Cum pietatis Christianae exercitibus incumbimus, nonnulli Deo vacamus; at praeterea omnia creaturis impendimus. Hoc igitur illud regnum est divinum, quod Salvator desolatam iri docuit; haec duae partes illae, quae in Evangelio damnantur. Illud tamen magis adhuc miserandum est, ac prodigii instar, quod Deo quidem sequior tribuitur pars, melior mundo; ac Deo minus, quam creaturis deferretur. *Idem.*

Vos, o mundi seductores, aliorque; cor vestrum interrogate: potestine dicere Deo, Utiq; Deum te amo, quomodo jubeo amare? hoc dicitis fortasse: sed intelligitis ne, quid dicatis? hac vocabula nullam in ore vestro vim obinet: ego vero cum hinc quidem vos terrestribus desideris inhærere, fluxa haec, atque fragilia desperare, ac amore proprio teneri videam; inde autem intuear praecipui hujus vim, quod Deum ex tota mente, ex toto corde, ex tota anima tenemur diligere; ergo non posse vos iure affirmare, quod asseritis: Amo te Domine quemadmodum praecipis; atque statuo, hoc a vobis dici non posse citra mendacium; si enim dixeritis, ex tota mente diligo; quid tandem dicent omnes illi cogitationes, quae terrenis rebus, divitiis, atque voluptatibus impenditis? &c. *Idem.*

Quam felices esseamus, si cum veritate affirmare liceret, Deum a nobis amari! hoc est Christiani viri officium, hac Sanctorum occupatio, hac vita aeterna, Deum videlicet cognoscere, & amare. Verum id putem esse amare Deum, vis ejusdem veritatem credere? verbum ipsius sine ulla cupiditate percipere? voluntatem ejusdem incupisse a-

Plerisque Deum se amare professiones hoc tantum hoc dicitur.

Nescimus utrum veritas dicitur, sed hoc dicitur.

dimplere? nunquid amare Deum est, cor suum & Deo, & mundo dividere, & vitam semi-Christianam, & semi-paganam traducere? nunquid amare Deum est, cor ac mentem inanibus honorum, atque divitiarum ideis replere; fluxis, quae possidentur bonis acquiescere, atque aeternorum, quae sperantur, oblivisci? nunquid amare Deum est, obmurmurare, si quae accidant mala, quasi vita nostra esse deberet fortunatorum eventuum series non intermissa, & quasi ea lege soluti esseamus, qua tenetur quisque conformis esse imagini JESU CHRISTI, atque passionum ejus socius, & particeps? *Fleebier in Paneg. S. Augustini.*

Dei Filius novum tantummodo pondus adiecit praecipuo illi, quo jam tenebantur omnes etiam antequam ille in terras descenderet. Scriptum est: Diliges Deum tuum; ubi vero scriptum? insculptum est in cordibus nostris. Praecipuum diligendi Deum aequo vetus est ac homo ipse. Poterat ne homo ea Genesis verba legere: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & praestitit piscibus maris & volatilibus Coeli, & bestis, universaeque terrae*, quin putaret se teneri ad Deum amandum, qui sibi nobilem adeo formam, atque adeo ingenitum potestatem contulerat? Coeli, quemadmodum inquit Propheta, enarrant gloriam Dei: Coeli, inquam, & quidquid in universorum ambitu continetur, simul nos edocent, quae charitate Deum ex toto corde amare cogamur. Nunquid ignorare possumus, quinam sint horum omnium operum Artifex? haec omnia: miracula ab illius Omnipotentia esse profecta; ipsum unum esse vite fontem; creatas quascumque res a Deo mutatas fuisse quidquid niter in ipsis; nihil in terris, vel in Coelis esse, quod Deum tamquam principium suum; supremamque Dominum non agnoscat & colat: hac inquam fide possumus, quin illum a nobis diligendum esse credamus? *Lambert Kobil.*

Diliges Dominum ex toto corde tuo. Hoc est, diliges Dominum magis, quam aliud quodvis obsequeris, neque ita inustus eris, ut aequalem & Creatori, & Creaturae in corde tuo locum praebes. Diliges Deum ex toto corde tuo: hoc est, quidquid in terris dilexeris, confanguineos, amicos, diliges omnia propter Deum, quoniam Deus hoc tibi praecipit; & ex diliges modo quo Deus tibi praecipit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; hoc est, voluntatem ejus explorabis, ut ardentius ea videm, quae illi placent concupiscas, illa vero diligenter evites, quibus ipse laeditur, & quae praecipis ipsius adversantur. Hoc lex jubet; hoc in ipsa perleges; hoc ex eadem inferes, si recte sensum ejusdem scrutari velis. Oh vitam sanctae hujusmodi veritates vestrae damnationis sententiam minime efficiant! Utinam Deus, qui se cordis nostri zelotem esse professur, sese nobis inexorabilem minime praebet, eo quod ipsum rerum omnium Creatorem, creaturam posthabendum esse censimus. *Idem.*

Factis, non verbis probatur amor: & quicumque operam suam illi praestare detrahit, quem se diligere professur, palam hanc a se minime diligere ostendit. Jacob Rachelem amabat, quam ut a Labano obtineret, quatuordecim annorum pertulit servitutum. Hoc exemplum fideles omnes sequi debent, ut probent Deo suo, fide ejusdem amore teneri. Huic serviant, opus est, non quidem ad tempus, sed toto vite hujus curriculo, ut eundem in altera vita possidere mereantur; haec enim servitus, haec sollicitudo, qua illius manata servare conantur, haec perseverantia, quae patientia, atque passionum ejusdem participes fieri ad ipsam usque mortem non detrahit, certissimum est amoris ipsorum argumentum: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit*. 1. Joan. 3. Hic igitur lapis est lydius, quo nosmetipsos probare possumus, ut cognoscamus, utrum vere Deus a nobis ametur; videlicet Divinae legis obedientiam. *Abbas de Monmorel in hom. pro Domin. Pentec.*

Dei Filius sciscitanti scribe quodnam esset mandatum magnum in lege, respondit, *diliges*; non ait ille, timebis; diligere enim multo magis significat, quam timere: timor quidem est initium sapientiae, sed amor ejusdem perfectio est; & amor perfectus timorem expellit. Deus igitur non solum vult tamquam Dominum metui, sed tamquam Patrem amari. *Diliges Dominum*; illum, qui cum sit rerum omnium Dominus, iure obedientiam nostram expetere potest, & qui cum omnia

De praecipuo amandi Deum.

Quid sit Deum ex toto corde diligere.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

omnia terrae bona cordi nostro possidebat, satis putat, hoc imperare, ut ametur. Diliges Deum, hoc est ens illud primum, atque supremam, ideoque summo dignum amore: Deum tuum, cui servis, qui te elegit in populum sibi, qui te omnibus terrarum gentibus preceperit, qui te beneficiis cumulavit. Haec sunt rationes, propter quas Deum amare tenemur; ubi autem validiores, atque potentiores occurrere possunt? Idem in 17. Domin. post Pentec.

Prohi vanissimam hominum excitationem! Praecipuum hoc praecipuum non amplius servatur, quam postremum, atque eodem est in loco, ac si minime non nati haberetur. Disputant quidam, utrum adimpleri possit; putant enim ita supra hominum vires esse positum, ut non nisi in altera vita amplius posse arbitrentur: alii de ejusdem certant necessitate; & illud ita coarctant, ut a Christianis hominibus non nisi quosdam actus amoris Dei, quibusdam in occasibus, que peccato accidunt, exigendis esse censent. Inelligamus aliquando praecipuum hoc non esse impossibile, quandoquidem illud nobis irrogat Deus. Mandatum, quod vobis hodie propono, ait ille per Moysen, non est supra vos, neque proclivis vobis. Sed ut illam perfecte amemus, prout nostra facultas patitur, quia amoris actus tunc proferamus tantum cum necessitas cogit; quia disparte nos, utrum nos proletere tenemur, an secus; nosmet ad perfectum hunc amorem debemus attollere repetitis actibus, qui aequo ferventes sint ac frequentes, nihilque praetermittere, ut in dies augetur in nobis, evigile perfectionem qua precibus, qua bonis operibus adipsamur. Idem, ibidem.

Quomodo Deus a mandatu.

Idem, ibidem.

Hoc munus explebis, ubi dilexeris Deum eo modo, quo diligendum esse docet Divus Bernardus: hoc est sine modo, sine mensura: modus diligendi Deum est diligere sine modo. Cum nihil habeamus, quod a summa Dei largitate non obtinerimus, quae indefinenter invigilat, ut illud esse, quod nobis tradidit, tuetur, cumque nullum momentum elabatur, quo ille nobis non praebeat infinite suae dilectionis, qua omnes homines complectitur, argumenta, existit quoque, ut pugnet gratiam animam habeamus; nobisque quicquid virtutis, atque facultatis est, exhaerendum, atque exprimentum est, ut sensu cordis nostri, atque operum, & a ratione nostrorum fideli ac immensis ejusdem beneficiis, atque largitibus gratias referamus. Amor nosse nullis circumscriptus esse debet terminis praeter illos, quos fragilitas nostra praescribit. Hoc pacto mandatum illud explebis, quo eandem ex toto corde, ex tota mente, atque ex tota anima iubemur diligere. *Abh. de la Trappe in Coll. et in omnes anni Domin. Domin. decima secunda post Pentec.*

Si me amas, ait JESUS CHRIS TUS, observa mandata; qui illa audit, & servat, hic me diliget; neque aliud amoris sui indicium est, quam praecipuorum observantia. Nequicquam amare credis, nisi agis: verus amor iners esse non potest, neque amorem in entes nihil agentem: Dilectio, inquit S. Augustinus, vacare non potest: da mihi amorem vacantem, & nihil operantem. Amor, qui sincerus est, se se prodit operibus, non illis autem, quae ab sensuum, manuum, & linguae adminiculo pendunt, sed intrinsicis operibus, ipsis animi motibus, quorum exteriora opera non aliud sunt, quam effectus. Charitas in anima ipsa efformari debet, ibi nasci, ut cum occasio tulerit, inde tanquam ex principio suo, & fonte dimanet. *Idem Collect. in decima nona Dominica post Pentecost.*

Diliges Dominum Deum tuum. Haec JESU CHRISTI verba numquam in mecum tacitus reputo, quin cum Divo Chrysostomo obstupescam, homines, qui pro Deo facti sunt, qui propter Dei beneficia subsistunt, qui propter Dei dona locupletati sunt, qui a Dei misericordia mercedem expectant, esse nihilominus adeo caecos, ingratos, ac ferros, ut explicito sint constringendi mandato, ut Deum suum diligant. Horrondi non estis ut amicos, patronos, consanguineos vestros diligatis: illis omnem benevolentiam, omnemque curam impenditis, omnem operam vestram praestatis, gratumque animum testamini. Neque excitandi estis ad creaturam rerum amorem: quot enim sunt, qui easdem ad insaniam usque deperunt? Siccine tu, Domine, unus es, pro quo sensus eosdem minime fovemus? Siccine, licet clementissimus, potentissimus, atque amantissimus sis, beneficiis tuis ad

Mirum est, quod a Deo ipsam esse amare iubemur.

eo parum movemur, ut non monendi solum, verum imperio cogendi simus, ut te diligamus? *Joby serm. pro 17. post Pentec. Domin.*

Diliges Dominum Deum tuum. Quam jocundum hoc verbum auribus accidit! hinc intelligo, cor meum majori pretio esse, quam arbitrabar, quandoquidem illud exipit Deus; quae iniquitas sum, si quid humiliter perquiri. Terrena objecta, quam miser vos olim dilexi! jam abiisti, jam nullo apud me estis in pretio. Jam mihi persuasum est, Deum mereri dilectionem meam, & quicquid infra ipsum est, esse meo amore indignissimum. Ille unus est, qui est; ego sum nihil; ille Creator, ego creatura; ille Dominus, ego mancipium. Verum nihil interest; novi me ab eodem in pretio haberi, amorem meum ab ipso perquiri: praestetur ille, si quid praeter ipsum dilexero, insignem sumpturam ultionem, atque in eas exarsurum iras, quibus irritatus amor corripitur, ubi contemnatur. *Auctor serm. Christi an. in 17. post Pentec. Domin.*

Audi Israel. Deus, inquit in Deuteronomio, Deus Dominus unus est. Quid inde inferendum est Domine? hoc nempe; diliges illum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, atque omnibus viribus tuis. Qui enim esse potest iners inter Dei unitatem, atque praecipuum amandi illius ex toto corde, nisi ut doceatur alterum ex altero conlequi; & cum Deus unus sit, integrum non esse nobis a cor nostrum dividere, ut partem illius creaturae impendamus? Cor nostrum quantum est, totum Dei est; non petit illud a nobis tanquam venditum, sed tanquam depositum, omnino ad ipsum pertinens, & cuius fors ipsa, & fructus spectant ad illum. *Idem Auctor.*

In lege veteri praeprecat Deus, ut Sacer ignis in altari semper ardeat, & mandaverat sacerdotibus, ut nova suppeditantes alimenta noctu aequo, ac interdicti pugner illum foverent. Ignis ille tyrum solum erat charitatis, quae semper ardere debet in corde fidelium tanquam in ara, ignis hic noctes, dieque alendus est bonis operibus, sancto usu omnium vitae nostrae momentorum, jugi in Deum applicatione, prout nobis innumerata patitur, ac summa fide, qua tot acceptis beneficiis gratias tenemur rependere. Qui ignem hunc interire sinant, vel de cordibus suis abiciunt, ut profano ardeant igni, nihil minus nocentes sunt, quam Nadab, & Abiu, qui contra Domini praeprecata in aeterna communem, vulgatumque ignem atrule, quo Deo ihu adolerent. Illis non minus funesta mors imminet, quam duobus his filiis Aaron, quos in celeris poenam flamma vorax abrupit, atque in cineres redegit. *Idem.*

Naturale est illum amare, qui bonus est: magis igitur naturale est illum diligere, qui summum est bonum, & maxime naturale Deum non amantem amare. Ubi ad hoc objecto summopere amabili ave-timus oculos, mentis nostrae lumen extinguimus, cordi nostro vim facimus, ac ne illud studium suum naturale sequatur, prohibemus. Sibi-metipso inferre vim, ne Deus ametur, & effugiatur ille, qui unus nos beatos potest efficere, nonne idem est, ac sibi necem consciscere, atque esse propriae felicitatis inimicum? Aurem praebemus rationi, cordi vero liberam sinamus viam, ne illi vim adeo suavitatis nobismetipsis afferamus. Quandoquidem propter Deum cor factum est, permit-tamus ut ipsum inquirat, & in ipso quietat. Cor nostrum factum est, ut diligamus Deum, atque ut ipsum unum diligamus. Numquam erimus tranquilli, numquam lata pace fruamur, donec objecta creata cor nostrum repleverint ac per summum faciem Creatori creaturam ipsam praeulerimus. *Lambert in Sermon. de Vita Eccl. Serm. 6. de Amore Dei.*

Omnia simul collige beneficia, quibus te cumulavit Deus, titulos omnes, quibus te decoravit, promissiones omnes, omnia bona, & quae possides, & quae te possessurum speras; cum Propheta dic, multiplicasse Dominum misericordias suas; cum eodem Propheta exclama: Quis intelligit misericordias Domini? Verum quem in te sigenet affectum harum misericordiarum aspectus? scio equidem, quo grati animi sensu affecteris hominem intuitus, qui de te meritis esse: per quam bene-novi cor tuum; te generosum iactas; ubi audis exprobrari hominum ingratitude, atque oblivione, quae pudorem, & dedecus afferunt, fremis ita impatiens, atque fieri minime posse putas, ut in ejusdem vita prolabaris. Verum Divina oblivisci

Cum Deus unus sit, cor uno est a videndum.

Vim sibi inferat, ut possit, qui Deum non amat.

beneficia, amore ejusdem non tangi, eidem denegare cor, quod unum petit ex nobis, nonne ingratitude omnium iniquissima est atque terribilissima? *Idem.*

Nullam rationem habemus, propter quam Deo cor nostrum date abstinamus.

Verum quam rationem afferre potes, propter quam Deo cor tuum praebere reculas? cui vero tradis cor illud, quod auferis Deo? maximus te rapere suffundet, cum in statera hinc quidem appendes Deum, inde vero illud, quod Deo censens praefendum. Licet enim injustitiam tuam diffimulare coneris, satis liquet hanc a te comparationem inlitui. Deus se tibi offert, hoc nosti, neque ambigere potes, nimis enim saepe suum sensum explicuit: mundus quoque se tibi offert, ac sua tibi exhibet bona: tuum est, utrum mavis eligere, Deum ne, an mundum. Certum est igitur, ubi sententiam protuleris, illum, cui litem adjudicabis, de corde tuo victoriam esse relaturum. Quid ais? Domine, an mundum inimicum Dei, sequi cupis? Verum (me miserum!) quid sententiam praeflor? jam lata est; jam turpe iudicium prolatum est, iam in corde dixisti mundum magis esse amabilem, quam Deum. *Idem Lambert.*

Cum de re aliqua non cogitamus, argumento est, nos eadem non affici. Hoc autem eo verius est, ubi agitur de Deo, quod ea omnia, quae occurrunt oculis, nos movent, ut ejusdem reminiscamur: igitur si illius nos capit oblivio, dicendum sane est cor nostrum ferreum esse, neque ulla affici charitate. Nam quantumvis parum nos Divina bonitas alliceret, quomodo fieri posset, ut non sapissime de eo cogitarem inter illa objecta, quae perfectionum ejusdem memoriam revocant? Creatis quibuscumque rebus sermo suus inest, & nihil est, quod de Deo non loquatur. Si audire voluero (Sundus Augustinus ait) vocem rerum omnium, quas creavit Deus; si illas consulero, nulla erit, quae licet tacite de eo mihi non loquatur, atque eundem amandum esse non doceat. Ille sane parum amat, qui Dei sui obliviscitur, cum ea omnia, quae accident oculis, ut ejusdem reminiscamur invitent. *Idem.*

Dei amor efficit, ut coeamur omnia.

Quid igitur? Divinus amor majorem non habet vim, quam amor saeculi, qui mera corruptio est? Vide quid amor saeculi vis mancipis importat, quibus laboribus, curis, tediis, arumis, periculis illos obficiat? Qui pro Deo id faceret, quod amatoribus saeculi quotidie pro inanibus idolis operantur, per apothefium inter Sanctos recentendus videretur. Verum Dei amor minimum prophano amori concedit: qui eodem flagrabant, virtutem ejus ostendunt. Ignis est, ait Augustinus, qui non extinguitur, licet tentationes eadem vi nobis ingruerent, quae sapientissimi fluxu feruntur. *Idem.*

Una tantummodo est passionibus legitime colenda est, amor videlicet Dei: amor, qui reliquos amores subigere debet; amor, qui reliquos amores debet in vincula conicere; amor, qui sese debet extendere ad omnes locos, omnia tempora, cogitationes omnes, desideria, actiones, ne ullum quidem vacuum relinquens locum, ac ne permit-tens quidem, ut alius quilibet affectus in nobis locum inveniat. Si huiusmodi fuerint sensus nostri, lant, atque captivent, tristitia nulla, quae nos proferant: ea ignorabimus omnia, quae ibi tran-siguntur; rebelliones, alique eventus ad nos usque minime pervenient, atque tunc solum ea cogita-bimus, cum ante aras ea mala deslebeamus. Sancta correpti impatientia propter exilii nostri diuturni-tatem, ut olim Sanctus Paulus, exui cupiemus hoc nostro adeo invidus erit, ut ejusdem ardorem vim illum interdicere valeat. Enitetur ubicumque si-ve in laboribus, si ve in conversationibus, si ve illis quibuscumque rebus &c. *Auctor Panegyricum quibus titulis, Actiones Christianae, Sermones de Officiis Vitae Religiosae.*

Quam a-mandus sit Deus.

Mirum profecto esse, esse adhuc argumentis probandum, quod Deum diligere tenemur. Ex quo per aetatem eundem amare nobis licuit, potum-issime, supremum bonum, bonorum omnium fonte-n, unicum verum bonum cognoscere, quin a nobis diligeretur? dicendus profecto est Deus non satis cognoscit, quandoquidem adeo parum diligitur. Nisi Deus nobis charitatis praecipuum irrogas-set, diceret fortasse quispiam, se propter reveren-tiam amorem illum profecti non audere; sed cum

ille non permittat solum, verum etiam praecipiat amorem, quinam illum potest non amare? quan-am res in terris esse potest, quae cor nostrum ad-ficere valeat, nisi Dei amore afficiatur? magnitudo, species, potentia, bonitas, in omnibus creatis rebus non aliud estis quam umbrarum levissima: Deus unus magnus est, sapiens, potens, & bonus. In creatis rebus amabiles qualitates divisa sunt, in-imo sunt tot permixta defectibus, ut saepe non nisi eminus placeant; Deus unus omnes obinet per-fectiones sine ulla immixtione, quae displicat; ni-hil habet, quod non sit summopere amandum; majestas quidem inter homines, reverentiam conc-iliat; verum non semper aliena sibi corda capti-vat; in Deo vera infinita ejusdem magitudo il-lum efficit amabiliorum; in infinito hoc perfectio-num oceano mens ipsa confunditur, sed animus ibi veram invenit felicitatem. *P. Croiset in Recensu pro die cuiusque mensis tom. 2.*

Licet praclaris dotibus fulgeat, atque amo-rem sibi conciliat objectum illud, cui cor no-strum adhaeret in terris; hoc tamen ne uno qui-dem momento felix inde esse possit. Quot mis-eresti eventus, quot non praemeditatae mutatio-nes, quot mala quietem nostram perturbant! metus ne amittatur, sollicitudo tenet; amor enim rerum creaturarum ab omni cura, & dolore se-ungi non potest. Tu Deus, qui unus felicitatem meam constituis, meus esse potes quamvis volue-ro; non arumina; non mala, non potestates te ex anima mea possunt eripere. Ego vero in adeo a-mabili objecto nullam molestiam, nullam immutat-ionem deobo me vere. Deus hic adeo amabilis non solum cor nostrum non dedignatur, verum etiam in eo complacet sibi, & quasi delicias suas putat. *Idem.*

Deum a-mare tenemur, quia ab illo di-gimur.

Quinam gratitudinis, atque amoris sensus in a-nimo nostro accenderentur, si intelligeremus po-teritissimum terrarum principem nosmet sua dig-nari benevolentia? tu, Domine, amas me! o-mnia probant amorem tuum erga me, ego vero te non diligam? ita est; Deus non solum infinite amabilis est, verum etiam infinito nos amore com-plectitur: si enim beneficia manifeste probant amo-rem; nonne iidem a Deo in singula momenta cumulatur, tunc etiam cum illis contra ipsum abutimur? omnia dicunt, nos a Deo amari: quan-donam vere dicere poterimus, a nobis diligi Deum? *Idem.*

Si alienus nescio quis, mihi que ignotus vel mi-nimum ex illis beneficiis, quibus quolibet momen-to me cumulat Deus, praestitisset mihi, summa profecto illum benevolentia complederer, etiam si nunquam illum vidissem, & nihil ultra expecta-rem: tu unus ergo, o Deus, neque ipsum bene-ficiorum pondere & numero cor illud delinere ne-quis, quod aliis quibuscumque ultra prodigimus? tibi uni amorem nostrum renuimus? Haec quidem beneficia omnibus communia sunt; non ideo ta-men iidem minus alicui debemus. At desunt in-peculiares rationes quaedam, quae singulos ad Deum amandum impellant? numquid oblii sumus ama-biles Divinae Providentiae curas in qualibet aetate nostra? quanam subsidia adeo necessaria, & adeo inexpectata? quor gratia tunc etiam temporis, cum iidem indignissimi eramus? ... Nemo est, qui in semetipso plurima Divinae Providentiae miracula fuerit expertus, nemo, qui ab ejusdem largitate majora adhuc minime expectet; qui vero sunt grati animi sensus, quae charitas nostra erga Deum beneficium adeo, & liberalem? *Idem.*

Non solum aequum est, Domine, ut tibi omnem amorem impendam, verum etiam non nisi in te amando maximam nanciscor utilitatem. Nullum gaudium verum, nulla pax, nulla felicitas in ter-ris nisi in te diligentium corde invenitur. His quidem me invidere profiteor: verum quid oblat cur hac ipsa felicitate ego quoque non perfurur? quid prohibet, ne diligam te? Heu quam despe-ratione moriturus obruerer, nisi te dilexisset! Quam magna calamitas est morienti non amasse te? Cur ergo vivens amore tui non teneor, non capior, non uror? *Idem.*

Nostra nos utili-tas cogit, ut Deum diligamus.

Praecipisti mihi, Domine, ut te diligere, & non diligenti gravissimas minuitas escalamitates. Numquid calamitas ulla tanta esse potest, quae cal-amitatem te non diligentium exaquet? Attamen ultro, atque libenter in hac ipsa calamitate ver-sor, atque miserrima cecitate saepius in eandem relabor. Quidnam igitur erat in Deo adeo ma-gno,

BIBLIOTECA CENTRAL J.A.N.L.

pus illas deleverit: neque tentes ista Divina pulchritudinis Imagines, in quibus sese Deus ipse pinxit, tibi non praeipiant prototypum pulchritudinis, cuius illae non aliud sunt, quam levissimae participationes; Qui pulchra fecit, pulchrior est omnibus, quae fecit; hac a se habet summus ille Amator supremus, atque immutabilis pulchritudinis Dei S. Augustinus. Voluisset ille in omnium corde admirabilem eam parere mutationem, quam in suo gratia pepererat; in omnem terram effundere scintillas charitatis, quae flagrabat; atque ut ita dicam generale incendium excitare ex Sacro illo igne, quem JESUS CHRISTUS in terras attulerat, *Abbas de Juri Paneg. S. August.*

O Aeterna pulchritudo principium pulchritudinum omnium divinarum, humanarumque? Pulchritudo tam antiqua, & tam nova? sero te amavi? Domine, quam tenebrarum caligine obrutus eram, donec cactus temporalium pulchritudinum adorator, non venerbar pulchritudinem tuam, cuius illae Imagines sunt? O me infelicem! te quaerebam Deus a te recedens, quin id cogitarem; umbram pro corpore amplectebam, fluxas voluptates tanquam verae felicitatis meae obiectum persequerebar, & fictitios colores, quibus mendacium sese ornare consueverat mentem aequae, animamque fallabant. Heu! nunquid hac sine horrore reputare possum? te in ipso etiam scelerum centro cupiebam; fustem peccati fugiunt amaram, quae me a te dillebat, atque tui ipsius locum tenebat in me. Attamen inter profundae huius noctis tenebras subinde oculos convertentem ad te; atque radii nonnulli, statim tanquam fulgura evanescentes meum mihi errorem detegebant. Quamdiu in servitute peccati illicyminatus sum? quoties genua flexi coram carneis, atque luteis Idolis? *Idem.*

Cor infinitum est in desideriis suis, & quidquid Deus non est, insaturabilem illius sitim explere non possit; omnes deglutit ambitionis honores, avaritiae divitias, libidinis voluptates. Nequaquam inani humanae pulchritudinis specie deceptum totum sese profano tradidit amor, quem illa inspirat. Perfecta, quam sibi promittit, felicitas, ubi votis damnatur, liquido ostendit, in ipsis erroribus ab eo profundam eam pacem requiri, qua beata gaudeat anima, dum aeternae Dei pulchritudinis voluptate perfunditur: sed tedium illud, quod creatrix rei possessionem subsequitur, eam statim aufert illecebram, qua vis passionis, atque sensuum illius deceptant. Suae illi speciei, quas voluptatis mancipia saepius mendacii sermone describunt summam felicitatem amplificantia, qua duo corda ultro, citroque diligentia, perfruuntur; inanes sunt splendidaeque idae rei, quae in terris non reperitur. Hinc illi, de illusionibus abeunt in illusiones, & modo uno, modo alteri Idolo sacrificant. Ficta haec, quae colunt Numina, postmodum in verum coleantur supplicium convertuntur, amaritudo deprehenditur, vel in decursu, vel in fine amoris illius, qui adeo suaviter ceperat; & cor quod pro Deo factum est, semper avidum & inquietum est, donec in Deo conquiescat, atque eo saturetur. *Idem.*

Adorare Deum, non aliud est, quam illum praeceteris amare: non enim cordi potest, nisi eo amare, qui rerum omnium amorem excedat: illi uni serviendum est, ipse unus amandus est, vel nihil nisi propter ipsum amandum est. Deum colere, Deum amare idem est, ac quibuscumque creatis rebus illum praeferre, & efficere, ut de reliquis amoribus triumphet; & male potius bonis, & honoribus huius vitae penitus exui, quam aliquid contra ipsius voluntatem patrare. Quandoquidem hic est modus amandi Deum, amare sine modo; & amor, quem a nobis expetit, omne cor nostrum debet occupare, omnes animae nostrae facultates subigere, omnem mentem nostram replere. Itaque Dominum Deum nostrum adorare, atque diligere tenetur, ut praeceptum illud adimpleamus, quo iubemur illum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, atque ex totis viribus diligere. Illi unum diligere non aliud est; quam sine divisione amoris illum diligere; velle enim Creatorem, atque creaturam amare, idem est; ac velle duobus oppositis Dominis inservire. *Auctor recens homil. in Evang. 1. Domin. Quadrag.*

Da alicui universorum Imperium cum illa auctoritate, quam maximam habere potest; possideat omnes honores, divitias, voluptates, quae expeti possunt: illi tribue perfectissimam sapientiam: sit

alter Salomon, neque ignoret quidquam ex his rebus, quas mens humana cognoscere potest: adde etiam paratorem miraculorum potentiam; remoretur, si lubet, solem, dividat maria, mortuos resuscitet, atque Divinae potentiae participes fiat eo in gradu, quem maxime cupis. Ad haec accedat prophetiae donum, spirituum discretio, secretorum cordis cognitio: aspirum tamen minimum sanctitatis gradum, qui in hoc homine reperitur, minimam actionem charitatis, quam operabitur, iis omnibus longe antecellere, per hanc magis ad supremum bonum accedere, atque praestantiorum apud Deum obtinere gradum, quam quem illi ea omnia conferre possent, quae superius dicta sunt, si omnia in ipso invenirentur. *Alius Auctor recens Anonym.*

Ideo divino amore digni sumus, quod summi opus manuum ejus, & quod nobis ille cor tribuit, quod ipsum diligere potest: caetera sunt inutilia ac nullius pretii. Mentis acies, forum elegantia, natalium dignitas, fortunae bona, oculos quidem suo fulgore perstringunt; verum non efficiunt cor magis aptum ac melius dispositum, ut Deum Creatorem nostrum diligamus. Ita novissimum quilibet e plebe ignorare non potest, Regibus atque Principibus nullum potius esse jus, quod praeter ipsum ad Dei amorem valeat asferre. Quam jucunda est hac cogitatio! quam aperte Religionis nostrae sanctitatem probat! quam alicuique certo conserat a Deo iusto, & sancto illos amandos esse, a quibus amatur, quomodo nam ab illo non vere atque sincere amatum iri speramus, si hoc nobismetipsis testimonium perhibeamus, ipsum unicuique esse votum nostrorum obiectum: nos qui gloriamur colere Deum, qui testis est secretorum cogitationum nostrarum, & penitens cordis nostri sinus scrutatur; nos qui saepe experimus Deum intrinseca voluptate nos consolari, cum meture videremur, ne diligamur ab ipso, & qui animi nostri minimam etiam exprobatur maeritiam, quam dissidentiam testatur? *Serm. manusc. P. Steph. Chamillard.*

Intellectus omnes hanc de Deo sibi effingunt ideam tanquam entis summe perfecti, & summopere amabilis; quandoquidem omnes possibiles perfectiones complectitur, & Deus esse non potest, si quid ulterius acquirere possit. Quam ergo, o fideles, amabilitatis origo in ipso invenitur, ut praeceteris rebus amor ipsius antecederet sit; quandoquidem, uti Scripura ait de Increta Sapientia, quae idem est Deus; creaturam quarumcumque rerum perfectiones pro nihilo haberi debeant, neque cum perfectionibus Dei sint uno modo comparanda: omnia quae desiderantur, hinc non valent comparari. Prov. 3. Quidquid in hoc mundo videmus, quidquid oculis nobis perstringit, omnis illa potestas, quae in nobis stuporem ciet, omnis magnitudo, & majestas, quam admirantur in terris, non aliud est, quam tenuissima emanatio supremi illius entis, & quae ideo comparari cum illo non potest: hinc non valent comparari, in quae verba cum S. Thoma notandum est; Scripturam non solum asserere, Deum majorem esse, quam omnia bona, quae in terris sunt; verum etiam praestare bonis omnibus, quae mente concipi possunt, & desiderari: omnia quae desiderantur; neque dicere solum, ipsum bonis omnibus antecellere: sed omnia simul bona cum ipso conferri nullo modo posse. Inter magnum aliquod bonum, & alterum licet minus, quaedam esse potest comparatio; & excessus proportio efficit, ut boni utriusque discrimen metiri possimus; sed Deus adeo perfectus est, ut in propriis loquendo dici minime possit creatis rebus major: omnia enim creata simul nihil sunt coram ipso secundum illa Prophetiae verba: omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Unitas comparari potest cum millenario numero, vel cum myriade, si lubet; nam illam saepius multiplicans, aliquando myriadem etiam aequabit: atque quia cum oceano universo comparari potest: tot enim guttae coarctari possunt, ut efficiant mare aequale late expansum ac illud, quo terra ambiuntur: sed creaturam omnium rerum perfectiones, nullam habere possunt rationem cum perfectionibus Dei; ad quemcumque enim cumulo perveniat, semper infinita erit distantia, indeque nulla proportio. Ita Deus olim Moysi dixit: ego sum qui sum, hoc est, ipse perfectus sum, ut coram me nihil perfectum haberi possit. Diceret eam potentiam, quae rebus omnibus dedit esse,

Cor numquam nisi in Creatore amoris quietis.

Quam magno coram Deo nos efficere charitas

esse, hoc isdem eripere, ubi cum ea conferantur: eam bonitatem, quae universa ex nihilo educit, eadem rursus redigere in nihilum, ubi cum ea comparantur; & creata omnia quae ex illis finoproderunt, evanescere, atque interire, nihilum enim sunt: ubi comparantur cum eo, qui unus magni, perfectique nomen meretur. Cum igitur aliquid aliud magis amas, quam Deum, nostrum, te non solum marum umbram persequi, & verum bonum relinquere; verum etiam illud ipsum, quod amas, atque enixus persequeris, cum Deo collatum non esse aequae guttae cum immensi oceanus totius latitudine comparatum? *Auctor Neotericus Anonym.*

Præterea quidquid amare potes in mundo, si tamen aliquid tuo amore dignum est, hoc invenitur in Deo, qui omnia complectitur. Quemadmodum si colligeretur quidquid magnum, exquisitum, & admirabile in terris est, ut in uno, eodemque obiecto coarctaveretur: in hoc reliquorum entium amorem complectereris, & quod olim mentem, animamque tuam parietatur, omnes admirationes, omniaque vota in illo uno conjungeret. Dicam melius, si infinitae essent creaturae, quarum singulae infinitae essent perfectae, atque mox omnes illae perfectiones in una tantum congererentur, hæc non solum reliquas superaret, verum etiam haberet quidquid ceteræ habere possunt: hoc ipsum de Deo dicendum est; ita mens nostra concipere potest supremum illud bonum, quod in essentia sua simplicitate infinitatem infinitarum perfectionum complectitur, quoniam nihil est in Deo, quod Deus ipse non sit. Quamobrem S. Anselmus exclamat: quid per multa vagaris hominibus, quærens bona anime & corporis? ama unum bonum, quod est omne bonum, & satis est. Cor humanum cur tantopere fatigaris, undique amandi causas inquirens, omnibusque te tradens obiectis; illi primo, ac supremo bono adhaere, qui bona cuncta complectitur, qui omnem eorum amabilitatem continet, omneque possidet eorum perfectiones; quid per multa vagaris? tu hic bonum quæris, ibi aliud, hic opes, ibi honores, alibi voluptates: oh te miserum! divisus es, & quodlibet obiectum te trahit in diversa. Sed si Deum dilexeris, lineas omnes in centro, rivos omnes in fonte, radios omnes effusos in sole conjunges: ama unum bonum, quod est omne bonum: ama Deum, qui est omnia, & simul omnia. Respice, considera, reputa quidquid tibi placere, atque tua vota inflammaré potest, honores, opes, delicias; puta illas & magnitudinem, & diuturnitatem infinitas esse; hæc omnia in Deo, sed longe perfectius, invenies: ama bonum, quod est omne bonum, & sufficit. *Auctor Idem.*

Ut Divina pulchritudinis illecebras vere intelligeremus, cupis esset, ut Deus vultus sui maiestatem nobis detegeret, atque in animas nostras unicum effunderet radium ejus gloriæ, quam ipse in celo constituit; nostrum cor, quod modo tot indiget rationibus, atque considerationibus, ut ad amandum divinum hoc obiectum exciteretur, tunc necessario studiorum suorum pondere atque tota votorum suorum extensione illic raperetur; eidem prorsus adhereret, quin ne cogitaret quidem de seipso, & quin ne ad breve temporis momentum ulla unquam re possit inde divelli. Quæso itaque quanta illecebra polleat opus est, obiectum illud, quod Angelorum omnium hominumque mentes explere debet per omnem æternitatem, quin unquam fatigaret? quæ perfectiones in illo supremo ente debent esse, ut in beatissimum rerum amorem extinguant, nova semper cientes desideria citra quodlibet tedium, & societatem; immo semper e contra cum recentis admiratione, voluptate & amore? Verum enimvero cum hoc vobis exprimere posse distitit, permitto vobis, ut mentes quæcumque reputatis bona, atque ea omnia simul congeratis, quæ in creatis rebus nitent, quæ animam vestram alliciunt, & rapiunt, atque fortasse a Dei servitute devellant; & postquam singula lustraveritis, quæ oculos afficere possunt, imaginationi liberam finatis viam, & postquam concipiatis quidquid artis ingenium naturæ venustatibus adicere potest: dummodo hæc necum consideratis: heu nos miseros! hæc omnia non aliud sunt, quam rudis, atque incoacta imago speciei illius, quæ in Deo elucet: levia sunt lineamenta, atque vestigia, quæ Deus in creatis rebus effudit, ut nos ad primæ illius pulchritudinis

amorem impelleret! Ille, qui floribus, & sideribus cæterisque rebus tantum conculit speciem; quantum ipse speciosus erit? si tantum aliis tribuit, quantum ipse retinuit? si singula nos capiunt, quid ille, qui possidet, & continet universa? Divina hæc pulchritudo tanta profecto est, ut Deo ipsi sufficiat; cum proxime pulchritudinis contemplatio illum ab æterno occupaverit, atque beatissimum effecerit: amat Deus, inquit S. Bernartus, neque aliunde hoc habet, sed est ipse, unde amat. Huius supremæ pulchritudinis solus aspectus omnia inferiorum tormenta in Paradisi delicias convertere potest: si quis omnia damnatorum supplicia perferret, si inter flammæ, quibus extraciaretur, si inter comburentes ardores, incombuscularet; si, inquam, inter omnes calamitosissimi loci illius horrores unicus Divinae huius pulchritudinis radius tenebrarum illarum densitatem perfoleret: eodem tempore infelicissimi illius hominis rabies, ac desperatio in inexplicabilem letitiam converteretur; ad illum intuitum omnes poenæ misererentur, atque ipse voluptionum oceano innotaret. Animo igitur finge, si potes, quam hæc esse debeat pulchritudo, cuius aspectus Paradisum, privati vero infernum ipsum constituit; cumque altiorum illius ideam animo conceperis, obtuspe, atque de te ipso mirare, quod hæc tam eandem tam levi, & adeo parum amavis; pulchritudo tam antiqua, & tam nova! sero te amavi. *Idem.*

Petit Deus cor nostrum totum quantum est, neque ullam pati potest divisionem. Hac arte usus est Salomon in celeberrimo d. arum mulierum iudicio disceptantium utrius esset puer quidam, ut veram matrem cognosceret. Vix enim Rex ille præceperat, ut puer bifariam caderetur, cum haud æque quæ patiebatur pueri ejusdem sectionem atque divisionem, palam ostendit se matrem esse supposititiam: ea vero quæ hac divisionem, atque sanguinis effusionem pati non potuit, aperte probavit sanguinem illum ad se pertinere. Doctorem supposititiam matrem hanc imitatur: dividatur ait: illico nequaquam petit totum cor; & satis putat si vel minimum ejusdem particulam assequatur; novit quippe se illud jam obtinuisse totum: scit enim Deum, ubi divisio fuerit instituta, totum illi cessurum. Verumtamen Deus, cui debetur totum, tuetur jus suum, nihil de illo remittit: cor nostrum totum quantum est iustus est; ipse ergo totum vult habere. Et profecto si intelligere possent homines, quantum illud sit, quod debent Deo, viderent sane nihil esse dividendum, ubi debitum immensum est. & ubi quidquid perolvere possumus, tantillum est. Pallium est nimis arctum, ait Iaias Propheta, duos rege nequit, ita cor quoque nostrum nimis angustum est, quam ut in plura obiecta dividatur. *Idem.*

In ipso statim Orationis exordio menti occurrit, quod in Vitis Sanctorum Patrum me legitime memini de Veteri quodam Anachoreta, qui intra lustra serarum, atque inter memora consenuerat, cui postremis vite suæ diebus cupiditas oborta fuerat scientiæ indispicenda, quo quidem tempore scientia in alium usum prodesse non potest, nisi ut bene moriendo ferat opem. Ad hoc igitur se contulit in celeberrimam quamdam Academiam, ubi artes ac scientiæ magis, quam alibi terrarum florebat, ibique ex Magistro sublimis veræque scientiæ, factus est discipulus, ut honium scientiam perdisceret. Vix autem in gymnasium pedem intulerat auditorius, cum Doctor quidam speculationibus refero capite, quas auditoribus suis venditaret, exedras ascendit; qui statim eum, de qua agimus, quætionem in medium protulit, utrum Deus sit ex toto corde diligendus. Sanctus ille vir stupore percussus cum in dubium recitari videret hanc propositionem; statim loco cessit, atque gymnasium valere iubens, iterum specus relicto petit; pietas enim ipsi s. accessita fuerat, ubi audit in utramque partem agendum proponi primum illud principium, quod sua quidem sententia adeo erat manifestum, ut nemo unquam hominum de eodem posset ambigere. Postmodum vero lacrymis liberam aperiens viam ad hominum cæcitatem, inanemque suam curiositatem delendam; nunc video, ait, me majore scientia præditum esse, quam existimabam; trinitas enim, atque ultra elapsi sunt anni, ex quo certissime illud scio, de quo inter præcipuos seculi Doctores hæcenus disceptatur. Utinam Auditores lectissimi

Deus omnes rerum creaturam perfectiones continet.

Deusquam amabilis sit.

Aliqua Divina pulchritudinis idea.

De cordis nostri inter Deum, & creatas res divisione.

Exordium concisionis de amore Dei.

BIBLIOTECA CENTRAL U.N.L.